Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



40

eam: pauperes eius saturabo panib'
Sacerdotes eius induam salutari.
et sanctis eius exultatione exultabunt
Illuc producam cornu David: para
vi lucernam christo meo. Inimicos
eius induam confusione: super ipsum
autem efflorebit sanctificatio mea.
A. Et ego manducabimus eius. A. Hymne. Cxxxij
Ecce quam bonum et quam iocundum
habitare fratres in unum. Sicut
unguentum in capite: quod descendit
in barbam barbam aaron. Quod
descendit in oram vestimenti
eius: sicut ros hermon qui descen
dit in montem syon. Quoniam illic
mandavit dominus benedictionem: et
vitam usque in seculum. Gloria. A.
Habitare fratres in unum. A. Omnia. psm. Cxxxiij
Laudate nomen domini: laudate
servi dominum. Qui statis in do
mo domini: in atriis domus dei nostri.
Laudate dominum quia bonus dominus:
psallite nomini eius quoniam suave.
Omne iacob elegit sibi dominus: israel in
possessionem sibi. Quia ego cog
novi quoniam magnus est dominus: et dominus nr
prae omnibus dis. Omnia quaecumque
voluit dominus fecit in celo et in terra:
in mari et omnibus abyssis. Educ
ens nubes ab extremo terre: ful
gura in pluviam fecit. Qui produ
xit ventos de thesauris suis. qui per
cussit primogenita egypti: ab ho
mine usque ad pecus. Emisit
signa et prodigia in medio tui egypte
in pharaonem et omnes servos eius.
Qui percussit gentes multas: et
occidit reges fortes. Seon regem
amoreorum et og regem basan: et
omnia regna chanaan. Et dedit terram
eorum hereditatem: hereditatem
israel populo suo. Domine nomen
tuum in eternum: domine memoriale
tuum in generatione et generationem. Quia
iudicabit dominus populum suum: et super
servos suos deprecabitur. Simulacra gen
tium argentum et aurum: opera
manuum hominum. Os habent et non
loquentur: oculos habent et non vide
bunt. Aures habent et non audient:
neque enim est spiritus in ore ipsorum. Si
miles illis fiant qui faciunt ea:
et omnes qui confidunt in eis. Do
mus israel benedicite domino: domus
aaron benedicite domino. Domus le
vi benedicite domino: qui timetis dominum
benedicite domino. Benedictus dominus
ex syon: qui habitat in hierusalem. amen.
Omnis quaecumque voluit dominus fecit. A. Omn. Cxxxv
Confitemini domino quoniam bonus: quo
niam in eternum misericordia eius. Con
fitemini deo deorum. Quoniam confite
mini domino dominorum. Qui facit mi
rabilia magna solus. Qui fe
cit celos in intellectu. Qui firma
vit terram super aquas. Qui fecit
luminaria magna. Solem in
potestatem diei. Lunam et stellas
in potestatem noctis. Qui percussit
egyptum cum primogenitis eorum.
Qui eduxit israel de medio eorum.
In manu potenti et brachio ex
celso. Qui divisit mare rubrum
in divisiones. Et eduxit israel per
medium eius. Et excussit pharaonem
et virtutem eius in mari rubro.
Qui transduxit populum suum per
desertum. Qui percussit reges
magnos. Et occidit reges fortes.
Seon regem amoreorum.
Et og regem basan. Et de
dit terram eorum hereditatem. quoniam.

Et omnia regna chanaan

50a